faciunt (que ipsi eligunt & volunt. Tales nunc nimis frequenter religiosi multi sunt. Qui sibi iniun-
xerit iudicium super mandato prelati sui. & ipsi volunt contradicere & docere eum quid eis
debeat [illegible]. Aut certe numquam faciunt quod iubentur. Sed volunt sibi reddi ac demonstrari
quare & ad quid sic precipiat. Et similes in hoc Iudeis, querentes signum & dicentes. Quod
ostendis nobis signum, quia hec facis. (i. da rationem & signum & proba michi cur ista iubeas.
Et non hoc facerent, nisi quia superbia cordium est. quia iudicare volunt & non iudicari &
non est voluntas eorum in lege eius. Sed forsitan lex eius in voluntate eorum. Et certe hoc
non est sub prelato esse. sed supra eum. Dat ac etiam dominus signum. Solvite templum hoc &
in triduo reedificabo illud. Solvunt enim & illi templum corporis sui (i. mistici totius conventus statum
dissipant & destruunt malo exemplo). Sed in triduo (i. tribus votis substantialibus reedificatur.
q.d. O frater tecum hec signum est. hec ratio quare hoc iubeam & nulla alia. Quia tu sicut
fecisti obedientiam, paupertatem & castitatem. hec ratio debet tibi sufficere. Nec debeo tibi aliam dare.
Tuum est obedire. Non enim datur aliud tibi signum, nisi hoc signum Ione (et sic isto tri-
duo sit in corde terre. Tu ergo qui solvis templum & destruis quantum in te est. Sed
ad me pertinet ipsum (i. te emendato) reedificare. Sic enim sunt prelati ad suos subditos. Si quis
autem templum dei violaverit. disperdet illum deus. Sed heu ista abominatio desolationis
posita est hodie in templo hoc sancto dei. Et vere nunc tempus est fugere ad montes

Caveat ergo sibi quilibet diligentissime. Ne umquam prelati sui iussionem discutiat aut iudicare
umquam faciat. Nec dicat. Quare precepit michi deus de hac arbore non comedere? Certissimum
enim signum serpentis afflatum est. Quotiens in precepto superioris tui, incipis ratiocinari querere &
dicere. Quare? Quid michi hoc? hoc non videtur iustum, hoc non utile. hoc melius
sic vel sic fieret. hoc mere frustra fit. hoc in meam iniuriam fit. Et sic de aliis
infinitis questionibus. qui defert. hoc diabolum. Quare. Mox enim inventa causa precepti quod
sic dicitur aut malevolus excitat dum non videt quid possit quod precipitur aut quod conveniat.
Ideo heresim quare mox in principio retundendum est. & non quare. Sed quomodo & quando esset
faciendum sit, cogitandum est. Hoc [illegible]. Quia sic Ade in paradyso ita deus in prela-
to, non precipit quod quod utile aut necessarium est. aut magnum, sed sepe solum signum ponitur ut
revelentur cogitationes ex cordibus. Et non alius fructus quam obedientia sola grandi-
ta sic in Adam factum fuit, ubi preceptum ei datum, fuit solum in signum, quo obedientia eius
probaretur. Sic nunc quoque vile preceptum datur & magnum signum. Sed magna ibi exi-
gitur obedientia. Qui mutatur in signum cui contradicitur. & revelantur tunc cogitationes eorum
qui superbi sunt. & iudicium sibi arrogantes, ideo fit eis signum in ruinam. & animam prelati
qui est Mater illius conventus, transit gladius doloris & tribulationis. Stultitie ergo
stultitia est. obedientie magnitudinem. ex operis magnitudine metiri. aut bonitatem & utilitatem ex
utilitate operis precepti. Non vult deus victimam sed obedientiam. Nec nimia magna opera curat
que ipse fecit maiora facere, requirit ac obedientiam solam. Sic .n. & Saul pugnam contra Amalech
& preciosissimum Agag. Et multi imitantes. Magna quoque faciunt opera & utilia ex sese
sed interim ac vile aliquid omittunt quod iubentur. in qua vilitate preciosissima latet obedien-
tia in illa precisa vilitate, vilissima inobedientia. Sic thezaurus in agro absconditus ita
obedientia preciosa in abiecto & contemptibili precepto. Rursus sic ossa mortuorum & omnis spurcitia
in sepulchro foris dealbato. ita inobedientia fetidissima in magno & spectabili opere. Cavi-
di ergo preceptum & dicitur [illegible]. Sed in lege domini Voluntas eius (sicut prelati lege) ...